

liquit^(a), impuberes filios, uxorem, etsi prudentem, feminam tamen, et que ante omnia miserrimum ducat eo viro carere, opes exiguas ac propemodum nullas. in his angustiis magno opus est adiumento, quod ipse prestare abunde potes et sedulo prestas. in quo summa
 5 virtutis atque consilii sit cura, liberi^(b) ut bonis artibus erudiantur et quam simillimi patris^(c) sint. relictam adhortare et in bonam spem erige, quam quidem ex superstitibus natis tanto patre genitis concipere amplissimam poterit^(d). quod reliquum est rerum, stude ut servetur, utque hereditas ex fructuum parsimonia^(e) alimentetur
 10 honestisque lucris augeatur, quanquam illa opulentissima sit hereditas, veros ac certos amicos et gloriosum in omni memoria nomen reliquisse. scripseram ad primum mortis eius rumore epistolam plenam, ut ego eram, dolore et lacrimis^(f), quam, his ipsis vetantibus, complere non potui. sepe post impetus fuit, quoquo modo
 15 possem, finem illi dare; quod quotiens adgressus sum, totiens victus destiti. refugit enim mens tantos dolores ex integro renovare, itaque perficiendi^(g) consilium intermisi, idque propositum indui^(h) ut memoriam eius semper cum iocunditate celebrarem. placet iudicium de bibliotheca servanda, utque ne libri distraherentur⁽ⁱ⁾; placet
 20 quod^(k) superfluum supellectilem vendi iusseritis; placent denique omnia que a vobis constituta sunt, in quibus tua et sagacitas et prudentia plurimum elucet. unum est quod verear, pueros penes matrem educandos^(l) esse. etsi enim prudentissima moderatissimaque femina sit, vereor tamen ne illius indulgentia, ut sunt omnes
 25 matres in filios supra quam equum est prone, liberos corrumpat^(m). de hoc tu, qui presens es, videris. vale. Padue, .xvi. kalendas septembris⁽ⁿ⁾ 1396.

della moglie sconsolata, delle poche robe rimaste.

Preme soprattutto attendere all'educazione dei figli, infondere coraggio alla madre,

e amministrare vantaggiosamente la scarsa eredità.

Al primo annunzio della morte aveva posto mano ad una lettera consolatoria, che il dolore, dopo vane riprese, gli impedì di finire; ora ricorderà l'amico con letizia. Approva le disposizioni per la biblioteca e per le altre cose;

ma non gli par buon consiglio educare i figli presso la madre, la cui naturale condiscendenza potrebbe nuocere. Vegga Giovanni che ciò non succeda.

(a) B B² C relinquit RG reliquit (b) B liberos (c) B² G patri (d) B om. poterit B² C R G poterit PM c. 65: «Tertius codex habet poterit quod in aliis codicibus desideratur». (e) In B² C dopo parsimonia (in C persi...) spazio di una parola lasciato in bianco, e poi honestisque G parsimonia honestisque R ut ex ufructuum alimentetur honestisque (f) R dolore ac lacrimis (g) C perficendi (h) B indui (i) B G distraherentur (k) B G placetque (l) B educandos (m) B G corrumpant (n) R Vale kal. sept. 1396